



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 40.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 37.

**C**HILdebertus & Theodebertus foedus ineunt inter se: cōtra Chlotarium mouent exercitum: sed orationibus Crotehildis ad limina sancti Martini & diuino nutu grandine & infestatione tonitruui & fulguris veniente, separati sunt; pacem ineuntes ad proprias sedes sunt reuersi.

Caput 38.

**P**OST hæc Childebertus & Chlotarius Hispanias appetunt, easq; parte maxima depopulati sunt. Amalricum regem Barcinonæ interficiunt, Cæsaraugusta ciuitas orationibus & ieiunijs liberatur.

Caput 39.

Aimoin. 2. c.  
19. & 20.  
Greg. 5. c. 30.

**P**OST Amalricum Theoda regnat in Hispanijs: quo interfecto Theodegisilus regnum assumit: qui dum ad cœnam lætus sederet, extinctis cereis à suis occiditur. Cui Agila succedit in regnum. Gothi vero iam olim habuerunt vitium; cum rex eis non placet, ab ipsis interficitur.

Caput 40.

Sal. Patifio.

**E**T quia Theodoricus rex Italiae sororem Clodoueii in matrimonium habuit, ex qua paruulam filiam cum vxore reliquit. Et cum mater ei regis filium sociandum prouideret, à seruo nomine Traquilane accipitur. Traquila cum exercitu à matre puellæ capitur, & capite truncatur. Acceptam filiam mater, disciplinam ingerens, secum duxit: & filia matrem veneno interfecit. Theodadus regnum Theoderici ambiuit, & filiam, quæ matri extiterat, parricida vehemèter succensio iussit includi, ibi vt combureretur. Vnde causa compositionis quinquaginta millia solidorum Childeberto, Chlotario, Theudeberto transmissa sunt. Quod Childebertus & Theudebertus inter se diuidentes nihil exinde

Chlo-

Chlotario dederunt. Theodato defuncto Totila successit in regno, quem Narses Patricius interfecit; regnumq; Gothorum in Italia destructum est.

**P**OST Theudebertus cum exercitu Italiam ingreditur, eamque maritimis terminis depopulatur. Narses patricius in fugam versus. Postea Buccellinus dux iussu Theodoberti Siciliam occupat, totaq; Italia dominans, magna ei felicitas in his conditionibus fuit. *Caput 41.*

**P**ETITIONE Desiderati Verdunensis vrbis Episcopi Theodobertus clementer octo millia solidos civibus Verdonensibus ad recuperandum dedit. Theudebertus vexatus à febre moritur decimo quarto regni sui anno. *Caput 42.*

**G**ROTECHILDIS regina plena dierum & bonis operibus moritur: in sacratio Basilicę sancti Petri sepelitur. Chlotarius iubet ad omnes Ecclesias tertiam partem fructuum fisco dissolvere. Sed resistente Injurioso Pontifice hoc malum destruitur. Chlotarius de Ingunde Guntharium, Chiltericum, Aribertum, Guntramnum, Sigibertum, & Chlodesindam filiam habuit. Deg Aregunde, sorore Ingundis Chilpericum. Et de Vn- *Caput 43.*  
*Greg. 4. gest.*  
*Franc. c. 1. 2. 3.*  
*4 & c.*  
*Aim. 2. c. 16.*  
*gal. Redegūde*  
sina habuit Chramnum.

**A**GLANE in Hispania regnante cum esset iniquus suis, exercitus imperij Hispanias ingreditur, & ibi Agila interficitur. *Caput 44.*

**A**THANAGILDUS succedit in regno, qui ab Hispania exercitum imperij expulit. *Caput 45.*

**T**HEUDEBALDUS filius Theodeberti h Valderadam duxit vxorem. Erat valde iniquus suis; cuius tempore vuæ in sambuco natę sunt. Stella ex aduere- *Caput 46.*  
*h Vuldodra-*  
*dam Greg. 3.*  
*10 ve- cap 9.*